



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 6. Quod per P. Parentem maximè Deus magnificetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

320 *Exerc. VI. Quòd per P. Parentem,*
veoque; solus, unusque: sed omnium creaturarum
impersonatione auctus, omnium earum vicem, offi-
cium, debitum, conatum, desiderium, voluntatisque
affectum explendo, & etiam evincendo, evincereque,
ac supergredi, adversum Te, intendendo: propter
amorem tui, propter amorem Filii tui, Dei mei, Jesu
Christi.

EXERCITIUM VI.

*Quòd per P. Parentem, maximè Deus ma-
gnificetur.*

1. **S**Tatue te coram pretiosissimâ Dei Parente &
Virgine Maria.

2. Expende: quòd in Maria, & ex Maria
elucescat maximè Divina Magnitudo, Perfectio,
Plenitudo: quodque ab eâ, plus quàm ab omni-
bus reliquis creaturis simul sumptis magnifi-
cetur.

3. Qua de causa P. Parens, cùm esset præ o-
mnibus humillima; etiam præ omnibus hunc
titulum usurpavit: & hanc sibi occupationem
potissimam semper adscivit: ut sese quidem
semper, quàm intimissimè exinaniret, ac infra o-
mnes creaturas, imò & propè infra ipsum nihi-
lum humiliaret: Deum autem suum, quàm vi-
scerosissimè magnificaret: hoc est, magnum
non solùm ostenderet, verùm etiam conatu suo
redderet, plus, quàm omnes simul collectæ crea-
turæ, etiam possibiles hoc faciunt, aut facere
possunt.

4. Quia enim, ad hoc unicum omnes à Deo
creaturæ conditæ sunt, ut per eas magnalia Dei,
hoc est, magnitudo ejus, & perfectiones ejus,
cogno-

cogno-
rant glo-
firmame-
debet.
& ipsis
saliter d-
mundi,
tur: sen-
inde ne-
creatur-
eâ mag-
& ex eâ
tur Mag-
de: ex
gelo sup-
ex perfe-
sa, seu a
5. E-
ris, nul-
& omni-
quam D-
itare de-
sentiam
alias ma-
illâ unâ a-
tam simu-
6. Si
nostro,
in unitat-
Charitas
qui ind-
turâ, nec
bona, pl-
flari, qu-
V.P. I

Pf. 18.1.

Rom. 1.21.

cognoscerentur, juxta illud Psalmi; *Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiant firmamentum*, quod ipsum affirmari potest, imò debet, de omnibus reliquis creaturis, tanquam & ipsis gloriam Dei enarrantibus, sicut universaliter dixit Apostolus: *Invisibilia Dei à creaturâ mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & Divinitas*: inde necessariò sequitur, ut quantò aliqua est creatura nobilior, atque perfectior, tantò plus in eâ magnitudinis & excellentiæ Divinæ eluceat, & ex eâ cognoscatur: quomodo plus cognoscitur Magnificentia Dei ex Homine, quàm ex lapide: ex Angelo plus quam ex Homine; ex Angelo superiore quàm ex Angelo inferiore: quia ex perfectiori effectu aut opere, perfectiùs causa, seu artifex cognoscitur.

5. Et quia constat, ex omnibus puris creaturis, nullam à Deo esse conditam perfectiorem, & omni donorum genere sublimiùs ornatiorem, quam Dei Matrem Mariam: inde quoque constare debet, plus in unâ, & ex unâ Maria, Dei essentiam, dignitatem, perfectionem, omnesque alias magnitudines elucescere, ampliùsque ex illâ unâ ac solâ cognosci, quàm ex omnibus, etiam simul collectis creaturis.

6. Si particulatim considerare lubet; in Deo nostro, maximè magna est Trinitas Personarum in unitate essentiæ, deinde Sapientia, Potentia, Charitas, Misericordia, Bonitas, & Justitia: at qui indubium est, neque in ullâ particulari creaturâ, neque in omnibus simul, hæc supra dicta Dei bona, plus elucescere, neque per ullam manifestari, quàm in unâ, & ex unâ solâ Dei Matre, ac

V.P. Druzb. Op. V.

X

Vit

Handwritten notes on the right edge of the page, including the name "Druzb." and other illegible scribbles.

Virgine Maria: Igitur evidens est, à solâ Maria excellentiùs Deum magnificari, & ex solius Maria cognitione ampliùs magnitudinem Dei cognosci, quàm ex ullis etiam simul omnibus creaturis.

7. Advertere autem & expendere licet: cogitari posse, dupliciter magnificationem Dei posse fieri. Primò quidem in se, hoc est in ipso Deo, ita ut Deus, vel in suâ Essentiâ, ac Entitate, vel in suâ aliquâ perfectione major fiat, quam fuit. Ethic modus, Deum, ipso se, magnificandi; absurdus est etiam cogitatu. Absurdum est enim Deum in seipso, quocunque modo majorem fieri posse, non tantum à creaturis, sed etiam à semetipso. Cùm Deus, quidquid est, ab æterno sit: actus purus, omnis expertus potentialitatis, possibilitatis, mutationis, augmenti, imminutionis: utpote ens à se, illimitatum in essentiâ, & entitate, & quâcunque perfectione. Quâ de re, sicut nullum dubium esse debet, sic neque pluribus agere opus est.

8. Est alius magnificandi Deum modus, in nobis nimirum, seu in creaturis, à creaturis, coram creaturis. Hoc modo, Deus magnificandi in nobis, & à nobis, seu per nos, non tantum potest, sed etiam debet: in eoque labore omnis nostra salus, perfectio, & beatitudo, sita est: ut omni vitæ & actionis nostræ cujusque momento, expleamus illud Davidicum; *Et exaltemus nomen Domini in illâ*; itemque illud ejusdem; *Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.*

Pf. 17. 47.
Pf. 33. 4.

9. Iste magnificandi Deum modus, in nobis vel à nobis, sive fiat à Deo, sive fiat à nobis, unus & idem

G:
ope
ta
N
u

& idem est: quia quidquid nos in hoc genere, vel opere facimus, ex Deo, & ex ejus munere facimus: unde necesse est, ut in unum idemque recidat, sive à se Deus, sive à nobis Deus, magnificetur in nobis.

10. Hoc porrò trifariam fieri, & potest, & debet, & solet. 1. Quando Deus amplius & amplius cognoscitur, ex, aut in aliquâ creaturâ, operevè creaturæ, seu opere creatoris per creaturam, aut in creaturâ. 2. Quando creatura rationalis, v.g. Homo, in suâ Animâ facit Deum majorem, & majorem, id est, quando Animam suam reddit Deo magis ac magis similem; perfectiusque, ac perfectius facit in eâ elucescere Dei, perfectionumque, ac Virtutum, & Sanctitatis ejus imaginem. 3. Quando Creatura in aliis, quoque Creaturis (capacibus, seu rationalibus) Deum, ejusque notitiam, ac sanctitatis, perfectionisque similitudinem, labore suo, cum auxilio divino, facit amplius, & amplius, perfectiusque, ac perfectius florere, crescere, exundare: cognitione, dilectione, gratiarum actione, prædicatione, denique Sanctissimæ Dei voluntatis per omnia executione, atque imitatione.

11. Hic magnificandi Deum modus in solâ unâque Dei Matre Maria plus enituit, plus ab eâ solâ, unâque exercitus est, & exercetur perenniter, plus quoque per illam solam, & unam, à Deo exercitus est, quàm per ullam, quàm per omnem simul collectim sumptam creaturam. Plus enim in illâ solâ perfectionum, quia & entitatis suæ reposuit, per illamque nobis manifestavit, quàm in ullâ, quàm per ullam creaturam; prout supra dictum est. Plus etiam illa sola divinæ in se

Handwritten notes on the right edge of the page, including "DPUX", "SICKI", "r: 4341", "m II", and "V".



Sanctitatis, & Gratia, Virtutum, ac Perfectio-
num, in suam Animam collegit, congeffitque,
nobiliusque, ac perfectiùs Imaginem Dei, in suâ
Animâ resplendere fecit, quàm ullæ etiam simul
omnes creaturæ. Propter quod illi iustissime

Prov. 31. 29. dicitur: *Multæ filia congregaverunt divitias, sed
tu supergressa es universas.* Plus etiam una ac
sola Maria, circa augmentandam in Angelis, &
(maximè) Hominibus, Dei gloriam, cognitio-
nem, dilectionem, fruitionem, ac possessionem,
laboris, & operæ, charitatis, & curæ orationum
& meritorum, substantiæ denique contulit, &
confert; quàm ullæ, simulque omnes creaturæ:
quare illa meritò dicit. *Magnificat Anima mea
Dominum.*

12. Ergo magnitudo Dei, glorificatioque, &
exaltatio illius, relucet in Maria plenissime: tum
quia fecit se ex illa, & ex ejus substantiâ, qui fecit
illam: & novem mensibus requievit in taberna-
culo uteri ejus: tum quia illa fuit omnibus mo-
dis, numerisque absolutissima Imago Dei, maxi-
marumque perfectionum ejus: ita ut eâ solâ co-
gnitâ, amplius perfectiusque cognoscatur Deus,
quàm cognitis omnibus reliquis creaturis: tum
quia sola Maria ad operationem, executionem-
que salutis humanæ, ad Beatificationem quoque
omnis rationalis creaturæ, ad conversionem, &
reconciliationem cum Deo peccatorum, ad ju-
stificationem electorum, ad solatium & libera-
tionem ex purgatorio Animarum, ad Dei à Crea-
turâ suâ beatificam possessionem, atque glorifi-
cationem, plus contulit, & confert jugiter, quàm
ullæ Creaturæ: tum denique, quia dum nos,
vel amamus, exaltamusque Mariam, vel pro eâ, in

G:
ope
tu
N
3

in eâque
illam à
ribus, a
nitati co
virtuten
imitand
venerati
in alios
quies, c
Filiu i
habemu
jestati,
minet, a
lam, per
ftris, ex
ternis co
dum inq
obsequi
magnifi
erga qu
electos,
13.
amore
plus qu
versis an
ita & no
& solâ
Amore
ficamus
ctorum
Sicut M
Deum
Deum,
propter

in eaque Deum exaltamus, vel pro collatis in illam à Deo ineffabilibus, soloque Deo inferioribus, ac solâ Dei Matre dignis, Deique maternitati congruis gratiis, Deo gratias agimus: vel virtutem ejus quamcunque amando imitatur, imitandove amamus: vel gloriam ejus, cultum, venerationem, amorem, notitiam, imitationem. in alios propagamus, vel ejus laboribus, obsequiis, compassionibus, cæterisque erga suum Filium in hac vitâ obitis ministeriis, honorem habemus: vel gloriæ ipsius, potestatique, ac majestati, quâ super omnes in cælo, & terrâ, præminet, adgaudemus, & applaudimus: vel ad illam, perque illam, ad Deum, in necessitatibus nostris, externis, internisvè, temporalibus, aut æternis confugimus, opemque ejus exposcimus: dum inquam hæc erga Mariam, unam, & solam, obsequia peragimus; plus Deum exaltamus, & magnificamus: quàm cum similibus officiis, erga quoscunque alios, aut erga omnes simul electos, proximosvè nostros defungimur.

13. Sicut Maria amando Deum, sola, & una, amore suo Deum exaltavit magnificavitque, plus quàm omnes reliquæ creaturæ simul, universis amoribus suis, Deum & amant, & exaltant; ita & nos, si solam, & unam Mariam, inque unâ, & solâ Maria, DEUM amamus; plus hoc solo Amore solius Mariæ, Deum diligimus, & magnificamus; quàm si eundem omnium simul sanctorum, creaturarumvè amoribus amemus. Sicut Maria, suâ unius erga Deum, ac propter Deum humilitate, plus extulit, magnificavitque Deum, quàm creaturæ omnes, omnibus suis propter Deum, & coram DEO humilitatibus:

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "DUX" at the top, followed by "SICKI", "R: ASCU", "II", "V", and "y".



ita nos humilitatem solius Mariæ amando, & imitando, illamque Deo propter Mariam, & per Mariam exhibendo, amplius Deum exaltamus, magnificamusque: & cor tam ejus, quam Matris ejus exhibitione talis humilitatis exhilaramus: quam si omnium reliquarum creaturarum humilitates amaremus, æmularemur, Deoque exhiberemus. Atque idem esto judicium de reliquarum Mariæ virtutum, & in se, & erga Deum amplitudine, & à nobis amore, & æmulatione, divinoque gustu exhibitione.

14. Ex his satis ediscere possumus: quantum Deo pro Maria, unâ licet, solaque debemus: quantum in ejus unius, soliusque cognitione, amore, imitatione, occupari, proficere, conquiescere debemus: quantum ejus unius soliusque laudibus incumbere, in agendas gratias effundendi; quantum illam, & propter ejus coram Deo excellentiam, & propter Dei per seipsam & ipsâ magnificationem, amare, exultare, gratulari, complacere, complectique merito tenemur: quantum denique in illa; spei, fiducia, securitatisque nostræ, post Filium ejus Deum, collocare, & inconcussè tenere debemus.

P R A X I S.

O Magnificatrix, & ipsissima Magnificentiæ DEI MARIA: cujus magnificatione, sive quâ ille te, sive quâ tu illum, sive quâ te in illo nos, sive quâ in te nos ipsum magnificamus, plus, & amplius, & dignius, ille magnificetur, quam magnificatione quacunque quarumcunque reliquarum creaturarum. Gratulor, gratulor, gratulor tibi, toto me, totam istam Dei in te, tuam in Deo magnificationem, atque magni-

G:
ope
tu
N
S

magnific
per Te, si
peto: ut
adimplea
tatione,
instar Tu
te, quos
mei, sing
gaudebu
Dei, m
ficem te,
rarum.

gnificatio
tu Deum
gnificem
sima Tri
cissim Sa
gnificas,
Magnific

E
Quòd L
tota

1. Sta
M
2. F
Mariam
etiam c
Virgine
I. C
gratiæ
simul c

magnificentiam. Desidero, simulque à Te, & à Deo per Te, submississime, reverentissime, & anhelosissime peto: ut me quam perfectissimâ Tui, & per Te Dei, adimpleas cognitione, dilectione, estimatione, exaltatione, imitatione, fruitione. Da mihi: ut ad instar Tui, ego etiam (cum omnibus his quos ego in te, quos tu in me, qui me ratione tui, qui Te ratione mei, singulariter appetiunt gaudet, aut unquam gaudebunt) semper, ubique, toto me; fiam tua, fiam Dei, magnificatio atque magnificentia. Magnificem te, & Deum, magnificatione omnium Creaturarum. Magnificem te, & Deum, Filium tuum magnificatione quâ te Deus Filius ut Matrem, & quâ tu Deum Filium tuum, ut Mater magnificas. Magnificem te, & Deum, magnificatione quâ te Sanctissima Trinitas unus Deus magnificat: & qua tu vicissim Sanctissimam Trinitatem, unum Deum, magnificas, ut semper tuo spiritu, tibi, & tecum cantem; Magnificat Anima mea Dominum.

EXERCITIUM VII.

Quòd Deus plus amet solam Mariam, quam totam Ecclesiam, rerumque universitatem, seclusâ MARIA.

1. Statue te coram pretiosissimâ Parente MARIA.

2. Expende: plus à Deo solam, unamque Mariam diligi, quàm totam vel Ecclesiam, vel etiam creaturam, seclusâ ex ejus numero ipsâ Virgine Matre Maria.

1. Quia majori eam donavit, ornavitque gratiæ sanctificantis abundantiam, quam omnes simul collectos Angelos, atque homines. Creaturæ